



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn

Examen Theologiæ Moralis

**Moure, Antonio Fernandes de
Coloniæ Agrippinæ**

Auctor ad Lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40934



Auctor ad Lectorem.

S At cito, si fat bene, Dictum Catonis, vt cautè te-
nes Lector optime, vsurpatum augustè ab Au-
gusto Principe, teste Tranquillo in actis eius: dif-
ficile notu antiquitatum ignaris; certum peritis,
eo tantum significasse Imperatorem, quidquid
bene celeriter faciendum. Qui adeo sic temper
celer, vt præcipitem appellauerit Lucanus in
Pharsalicis. *Sit subitum, quodcunque paras; sed Caesar
in omnia præceps.* Annis aliquot, sed paucis tamen
præ materialium pondere, opus absolui; grauita-
tem rerum celer agilitate superavi, diu noctu-
que, æstu, geluque vrebam cum Iacobo, recede-
batque somnus ab oculis meis. Neque lassitudi-
nem vnquam labor perpes peperit animo: imo ea
mens deliciabatur dulcedine operi insudando, vt
otiano mæreret, gauderet laborando, docta di-
ligere trituram, loqui liceat cum Osea Vate. Imo
cum Phœnice Aquilæ interroganti respondente
apud D. Cyrillum in quadripartito Apologetico
li. 3. ca. 24. Cur se traderet incendio, *quia in hoc ig-
ne, inquit, non doleo, sed delector, dum in generatio-
nem alterius totam me ipsam effundo:* nimirum cun-
cta sua beneficia, non sine magna delectatione li-
beralis natura communicat. Nam cum digestum
cibum stomachus donauit, delectatur: omnis e-
nim donatio liberalis cum iucunditate est cordis,
vt verbis vtar Cyrilli.

Moralis Theologiæ paradisiacum ortum in
qua-

AD LECTOREM.

quatuor diuifi areolas: iure merito quadripartitum dixeris opus. Fruticum seriem in quincucem deduxi, vt varietate rerum, & perspicua distinctione lectitantium animi oblectarentur. In prima deceni Decalogi præcepta: In secunda Ecclesiæ scita: In tertia à Christo Domino instituta sacramenta: In quarta tum in communi, tum in singulari peccata capitalia inuenies simul cum pietis operibus.

Communi semper hæreo sensui, ni oppositum euidens suadeat ratio. Præbe fidem non fucate assentantium gloriolæ, sed verè studentium seruire vtilitati proposui, & proinde clarè potius, & planè aliquando, quam purè, & latinè loquor, memor dicti D. Augustino familiaris teste Senensi Bibliothecæ. 4. *Malo me reprehendant grammatici, quam non intelligant populi.* Votis faueto, & Munus, quodcunque illud est, amanter accipito, aliud paro, fortè accuratius, faxit Deus, in commune bonum, vt prædeat, vita superstitie, salute comite, Ipsus te beet.

APPROQ.